

*Gloria re- amicitus, ultrò sese venientibus offerens, aderat, potentibus comiter benignèque respondens, gii, posse summæque humanitate & loqui & audire paratus. Verùm quid? Secus Salomon. Ostendit Reginz domum, quam edificaverat, cibos mensæ, habitacula fervorum, & ordinem ministrantium, vestesque, &c. ibid. v. 4. An non gloriosè? Gloriosè utique. Dedit Dominus Salomoni latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in litore maris: & divitias, opulentiamque Reginz exoticæ ostendit; quippe ut ait Seneca, quò nuper, *Infermi animi est, pati non posse divitias*. Ita igitur constabat, quòd esset Rex & regnaret.*

Senec.

Ut ait Delrius in Senec. *Thyest.* v. 365. Quicquid munerum Regem regnantem illustrat, Salomon gloriosè in regimine tenet. Audi Claudian. in *Nuptijs Honorij & Mariæ*, à v. 326.

Delr.

Hoc quisquis poterit, licebit illi, Fortunam moveat loco superbus.

Dotes Salomonis.

Ut ait Delrius in Senec. *Thyest.* v. 365. Quicquid munerum Regem regnantem illustrat, Salomon gloriosè in regimine tenet. Audi Claudian. in *Nuptijs Honorij & Mariæ*, à v. 326.

*Contigit senij gravitas, viresque iuventæ,
Utraque te cingit proprijs insignibus ætas.
Ornatur fortuna viro: non ulla nocendi
Tela, nec infecti iugulis civilibus enses.
Non odium terrore moves, nec frena resolvit
Gratia diligimus pariter, pariterque timemus.
Ipse metus te nosse amat, iustissime legum
Arbiter, egregia pacis fidsissime custos,
Optime ductorum, fortunatissime Patrum,
Plus iam, plus domino cuncti debere fatemur.*

Claudian.

36 Notandum tandem de Rege Salomone dici duntaxat Regnare; quod est genericum: non imperare, quod specificum. Pacificus erat Salomon, quia in diebus eius iustitia & abundantia pacis. *Salomon imperavit in diebus pacis*. Unde in regno sen regnans dicitur Rex & nequaquam Imperatori liquidem Imperator, vel Dux est ductor exercitus, cui rei militaris summa creditur, tam apud Græcos, quam apud Romanos, ut videri est apud Plutarch. in *Vitis Illustr.* Patet munerum discrimen: igitur pacificus Numa renuens Romanorum regimen, dixit Legatis: *Non futurus Rex in ea urbe, que Imperatore magis, quam Rege opus haberet*. Ita Plutarch. in eo. Imperatores profectò fuere

Beccl. 47.

15.

loab & Abner, alijque multi, & tamen non fuerunt Reges: primi Romanorum Reges fuere simul Reges & Imperatores. Super Israëlitis regnum uti caput Salomon & Rex regnabat, ceterum tanquam Imperator non regebat: habebat enim Banaïam super exercitum. 3. Reg. 4. 4. Absolutè munus erat Regum iudicium quoad civilia, ac directio quoad militaria: hoc intuitu Regem Israëlita petentes dixerunt Samueli: *Rex erit super nos, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis*. 1. Reg. 8. 19. 20. ideo dicebantur Præsides, Præfites & Antilites, Marte & Minervâ, galæa & togâ, & in expeditionem exercituum, & in iudicium fatale causarum. Unde Ovid. ad *Liviam*, v. 13.

Plutarch. Discrimen Regis & Imperatoris.

1. Reg. 8.

20.

Unde Ovid. ad *Liviam*, v. 13.

Ovid.

*Exemplum invenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille togâ.*

Salomon Rex pacificus.

Hinc sensus perspicuus testimonij sacri. Haud Salomonis gloria inextricabilia bella. Arcum conterit, arma confringit; quia in pace sunt omnia quæ possidet. *Erat autem Rex Salomon regnans.*

Lucan.

*Laurea sacundis cesserunt arma togatis,
Armorumque decus.*

Canit Lucanus *Panegyri Pison.* v. 36. Haud mutæ iacent sine vindice leges sub sapientè Salomone.

Idem.

*Nec enim si bella quierunt
Occidit & virtus: licet exercere togatæ
Munera militiæ: licet & sine sanguinis hanstu
Mitiâ legitimo sub iudice bella movere,
Hic quoque servati continget gloria civis:
Altaque victrices intexunt limina palmæ.*

Ruth. 1. 1.

Ultima ex-
positio.

37 Ex huiusmodi expositione micat alia in principalem Tautologiam. Ita ergò dicitur: *In diebus unius iudicis, quando Iudices præerant*. Qui summam rerum in Republica habebant olim dicebantur Præsides; quippe non solum præsidebant in curijs, sed

sed in castris; regebantque populum tanquam Reges, & tanquam Imperatores: uti Reges causas iudicando, vel Imperatores in fronte exercitus contendendo. Hocine plausu blandimen Imperatorum. Vidimus ex Ovidio, num. 23. Iterat sæpe vocem Martialis, lib. 8. *Epigram.* 80. dicit Domitiano:

Sic Præfide servatur bonus te Præsides templis:

Et casa tam culto sub love Numen habet.

Idem eadem, *Spei Facul.* *Epigr.* 2. lib. 6. 2-9. 19. & *Nerva.* lib. 11. *Epigr.* 2. *Plin. lib. 7. cap. 16. Sub Divo Augusto Præsides*, dixit, pro Imperatore: cuius signum Sella Regia iuter duos Cofs. ut aiunt Dio, lib. 53. & 54. ac Herodianus in *Commod.* Sic igitur dicebantur Præsides, quia illorum dignitati duplex adharebat munus; ut Roma sibi blanditur, electo Traiano in Imperium, apud Martialis. lib. 12. *Epigram.* 8.

*Terrarum Dea, Gentiumque Roma
Et fortem, iavennemque, Martiumque
In tanto Duce militem videret,
Dixit Præsides gloriosa tali.*

Pariter de Iudicibus Israël dictum merito Præerant; quia Imperatorum & Iudicum fungebant officio. Potentes vocabantur Reges, fortes Imperatores. Utrumque Iudices Israël; etenim uti Reges, & Imperatores erant fortes & potentes. Hinc in iudicio Deorum Paris perplexus cogitabat, apud Ovid. *Epist.* 15. v. 79.

*Regna Iovis contux, virtutem filia iactat:
Ipse potens dubito, fortis an esse velim.*

Utroque munere præstant, qui in iudicium dignitate sacro populo præerant,

38 Variæ sunt versiones principalis pleonasmici testimonij. *In diebus unius Iudicis, quando Iudices præerant*. Pagnin. & Hebr. *In diebus, in quibus Iudices iudicabant*. Tygurin. *In diebus Iudicum iudicantium Israël*. Chald. *Et fuit in diebus ducere Iudices*. Maluend. *In diebus iudicare Iudices*. In diebus iudicare Iudicum. Alij apud eum: *Cum iudicaret Deus, idest, puniret*. Haye, *Tempore, quo præerant Iudices*. Aliquid in effugium ditrici divini Iudicis, auribus ingeramus ad mores.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excursus.

1. *In diebus unius iudicis, quando Iudices præerant*. Nullo modo, dum præfides iudicabant, ut fieret in iudicio iudicium rectum sine ullo præiudicio causarum: equidem cum Iudex iudicet legum tenore, præfides dignitatis lege; haud debet præfides iudicare imperio, sed præfesse in tribunali iudicio.
2. *In diebus, quibus Iudices iudicabant, quando præerant*. Quorsum iudicium iudicium, si signatur ministerium? Ut clareat iudicium, vel non iudicium: etenim nullam iudicium in iudicis munere, si iudicium sine lege.
3. *In diebus, quibus Iudices iudicabant. Quando iudices non iudicant?* Quan-

do iudicium venerabile munus depravat cordis affectus. Non iudicium, sed rationis debet esse iudicium: igitur si in iudicio iudicantium non intervenit ratio; iudicium profectò iudicium sine iudicio.

4. *Iudices iudicabant*. Ignorat amor iudicium, sed cordis ingratitude exercet quod nunquam discernere voluit. Constat ex criminum indulgentia, quanta ab amore concipiatur ira: diciturque de iudice iudicium, iudicis nota; ut Dei amore parentis reformidetur clementia: igitur in despicientes gravius iudicium formatur; dum non videtur efformare iudicium.

DIDASCALIA I.

Nihil potest Princeps, si quid ultra leges potest.

MORales discat gnomas, quem excerebravit prurigne folij miseranda potestas. Verum stulti difficile contigunt. Serò sapient Phryges, seu nunquam sapient, Nil mirum: habent cau-

teriatam cutem, imò faciem; quippequam nullo tempore, locovè ruboris colore affecta, etsi impleatur & repleatur pro meritis ignominia. Duntaxat concolor est adiatrephia, intendens scire, quasi in blandientis

Manus Iudicum Israël, Regum & Imperatorum, Martialis.

Plin. Cur diffi Præsides?

Idem.

Ovid.

Veritas lætæ Dionum.

Præfides in futurum potestate dignitatis.

pertrahit. Dum impendit voluntas iniqui Superioris, deturpatur speciositas virtutis. Dependentiâ facit, quod nec phrenitis concepit: & in mortem fratrem quarunt, quanvis indignum vexatione respiciunt; quippequam successoris suave mulcimen, quod irruerent in fratrem, quasi in hostem.

10 Modus futelæ describitur à Propheâ vigili voce. *Fratrem suum quilibet ad mortem venatur.* Dum intenditur in innocente pravitâs, clarescit operationum integritas: igitur fatetur nec umbram criminis esse, quisquis iudee criminum venationi: non enim uti venator quæreret, quod forte occurreret; si crimen haberet. At quam venatio criminum? *Ponere fratri offendiculum* (dixit Doctor Gentium) *vel scandalum.* Occasiones dispo- nere, decipulas tendere, urgere in laqueos, impellere in dolos, ut oscitentur offendat, etiam non cadat: equidem occidisse clama- bitur, atque testibus venatoribus astructur; quoniam in strictam discussionem criminis, iudice complice, sufficiunt accu- sationes. Idem reapse scandalum & offen- diculum: quare ergo quæ idem quasi non idem signantur? Latet secretum. Scandalu- dum est actio prava, animæ ruina, de qua horrefcit, qui probus zelo legis. Offendi- culum est obstaculum, ne ultra procedat, qui procedere cogitat. Astu extruenda iusti meditata venatio, scandalo & offen- diculo, Si non offendit in scandalo, vita utique ad lubitum: si offendit, aliquid loquetur verbum, ex quo occasio, ut cadat in accusationem, est non cadat in crimen, scandalumque vafre & offendicu- lum ponunt; quia nullum illi cognitâ venatione offendiculum, si zelus eius non moveatur ad scandalum: igitur cognoscit ex zelo proculdubio venationem, dum præ- termittit prætermittere legem. Moveretur legis ardentissimo zelo; si micaret ex occa- sione venatio, & ex importuna pectoris flammâ maior animarum ruina. Unde si frustra iacitur rete ante oculos pennatorum; sicut passer ereptus iustus de laqueo venantium.

11 Venatio hominum erga homines, quasi in feras, describitur ab Ovidio, 1. *Metam.* Fab. 4. dicente: *Omne nefas, fingere pudor, verumque, fidesque.*

In quorum subiere locum fraudesque do- lique, Insidiæque & viis, & amor sceleratus ha- bendi.

12 Qui venantur pedentim ambu- lant, sensim propinquant, auriculas arri- gunt, ut aliquid audiant; per rimulas cun- cta explorant, ferè commoventur ad ea quæ audiri confingunt, ut excent commotionem: illis sub icu habere videntur, quæ vehementer cupiunt, ut inferant gladiu- m & cladem. Superant montes, descen- dunt in valles, incidunt in vepres, sum- merguntur anfractu, vulnerantur abrupto per devia rupium, per concava antrorum, atque defossa terrarum, nihil capientes copientes, lassati in via iniquitatis: equi- dem innocenti captantes in prædam cul- pam, concupierunt duntaxat concupiscen- tiam. Sicine clancula furtim venatio fra- tris: verum quorsum venatio in angustiam retis? *Venantur reti dicitur*: sanequam aliquid præve intentionis in venatione indi- catur. In reti includuntur quasi in abdi- tis sagenæ & boni & mali: & iustum in re- te conantur includere peccatores; ut ap- par-

27

pareat vel quasi unus ex multis, vel tan- quam unus ex illis: iustus tantum capitur in necem, obtinentibus iniquis liber- tatem: etenim cum in iustum solummodo execratur iudicium; malos duntaxat mali foras miserunt. *Reti venantur.* Qui in rete impliciti, nequeunt exercere vires; ut se à vulneribus vel protegant vel defendant. Reuunt cum libertate pugnam, quippe multi vel ex uno haud reportabunt victo- riam. Laniabitur quisquis audax prope accesserit: proficindetur qui vel mordere incautè cogitaverit: in reteque iustum sa- tagunt venatores includere; ut se nec pos- sit movere. *Reti venantur*, ubi secura præ- da, potissimè si possunt frangere crura; quippe timent, si se expediat, morituros, atque offenturatum dolos. In casse sine formidine figunt, sine timore ladunt, si- denter undequaque percipiunt: & sollicit- tant venando iustum mittere in cassem; ne possit fractus in ulla movere pedem. Quid inde? Iusti constat labor, & venatorum furor: quandoquidem venationis torus amittitur apparatus, & pro iusto fugiente capitur ventus. Nostrates. *Andar à casa de gangas.*

Pravi mu- tuus sibi fa- vent.

Quorsum in- fallæ in in- stant?

Verf. 3.

Vatabl.

Clandian.

Sanec. Ambitio per turpitudinē furens.

13 Irradiat modò quid sit desiderium animæ, quod clam iudex iudici indicavit inferiori. *Maior locutus est desiderium ani- mæ suæ: corruptelam & pravitatem ex- ponit Vatablus.* Ita placet, quæ exulare debent? Religio est, quod pravi cadant, quod corrupti moribus à cogitationibus decidunt: verum si interit beneplacitum principis, parum interest pravi iudicis, quod pravum fiat corruptela religionis. *Principes postulat.* En quid.

Causis fallacibus in stat: *Arguit attonitos se iudice, cetera segnis, Ad facinus velox.*

Ut accinit Claudian. quò sup. v. 238. *Occurrit* (dicemus cum Stoico, de *Tran- quill.* cap. 15.) *tot scelerum felicium tur- ba; cum cogitaveris, quam sit rara simp- licitas, quam ignota innocentia, & vix unquam nisi cum expedit fides, & am- bitio usque eò iam se suis non continens ter- minis, ut per turpitudinem splendet.* Cau- sa & causa quantavis fallax, est instruenda; quippe nihil fallax, modò sit causa. Actores erunt testes, impostura roboren- tur imposturis, accedant fraudes, hostium accipiantur depositiones: & dum viderit iudex criminum horrore perplexos, ar- gatur cum fulmine attonitos: citòque fiat ac velociter facinus, quippe ad præteri- tum non datur regressus. *Statim etfi stu- Tom. V.*

deat virtuti, & incumbat perfectioni, Dani- el furcivo decreto, sed meditato consilio; curiositate explorantium, mittatur in lacum leonum: etenim semel si captus, in exitum est necessarium miraculum. Hoc est desiderium animæ? Sanctissimum planè in iudice superiore desiderium! Quan- to iure in iudicis maiestatem ascensus, dum sic appareat maiestate dignus, qui non in rationis regimen, sed tantum respexit in maiestatem! Dimittuntur iudex & iudex in desideria cordis, & ibunt in adin- ventionibus suis: igitur si ille desiderium exprimit, hic exactissime complex, causas falsas fingens, testes periuros exponens, futelis altruens, bonos attonitos redens; quin Dei timor sit ante oculos eius, sed tantum infularum tinnitus: etenim ita pronus nequitia minister in pravitatem, ita propendens in crimen, ita per nefas in alienum arbitrium; ut inferiori sufficiat iudicis superioris desiderium. Sicine & ista sine iure facit, postulantique reddit: maiò faceret & perficeret alia, modò iudicis munitio divinaret desideria. Lex corruit, religio in occasum vergit, ius despicitur, fas conteritur, nequitia flores, fraus valet; sed quid inde? Homo nihil aliquid som- niat videri; cum excusationem habeat, quia dignitatem desiderat, & princeps qui ius dex postulat.

14 Succidit nè tela, quam ordiunt callidè vafra panurgia? Nullo modo. Tex- itur & retexitur: furor arma ministrat: *Videris. Princeps postulat, & iudex in reddendo est.* *Maior locutus est desiderium animæ suæ & conturbaverunt eam.* Quam- nam ergo? Relativum patet sine anteceden- ti (de quo *Tautolog.* 3. num. 44.) nisi referat in animam. At hoc minimi apud illos momenti, quòd iustè vel iniustè contur- bentur animæ: etenim illorum, quas acceperunt in vanum, placidè quiescunt; & in hocce multiplici scandalo, arbitrantur se obsequium præstare Deo. Retorqueatur Poëta lib. 7. *Pharal.* v. 447. *Deus spectabit ab alto Lucani: Ethere crudelis, teneat cum fulmina, clades? Quis resistit ei, & pacem habuit? Move- vetur in iram sanè, pacem peccatorum videns. Ly Eam refertur ad Rempubli- cam, quam hi iudices conturbant, ita af- fectam morore, ut noluerit Propheâ nomi- nate. Donus Israël passione horum iudicium erat sicut domus Iob. *Infernus* (inquit) *domus mea est.* Infernus erat, quia cuncta domus diabolus conturbaverat: ita ut ad instar demonum omnes essent oppo- sitæ*

Daniel 6. 3 v. 11.

Et gradus in munerâ instruit.

Ibidem.

Relativum sine antecede- deate.

Lucani:

Pav unde peccatori in trepidatione iniquitatis.

Iob. 17. 13.

Cur infer-
nas animus
pravus?
siti ad invicem; & fierent unus adversus
iustum patientem. Unde idem erat esse in
domo ac habitare in inferno. Ita describitur
à Seneca in *Thyest.* à v. 25. una Furia-
rum, improba surgens trilli de sede Me-
gara.

Seneca
Certe tur omni scelere, & alternà vice
Stringantur enses, nec sit irarum modus,
Pudorò: mentes cæcus infligit furor.
Rabies parentum doret, & longum nefas
Eat in nepotes; nec vacet cuiquam vetus
Odisse crimen, semper oriatur novum,
Nec unum in uno: damque punitur scelus,
Crescat.

Eff: Aus ty-
ranoidi.
Eadem Prophetà à v. 5. Nolite (ait) crede-
re amico & nolite considerare in duce; quia
filius contumeliam facit patri, & inimici
bominis domestici etas. Dux fallax, ami-
cum mendax, pater à filio percucitur, fra-
trem frater infidiando venatur, crimini
dantur virtutes, prevalent impositiones,
creduntur fraudes, veritas vincit acer, ne-
quitia pollet, vivunt læti nocentes, fovent
iniquitates, qui iudices iuris hostes.
Vide quo veniat.

Lucan. 5.
V. 397.
Veneranda potestas
Iuris inops.

Rea iudicum causa, qua fracta iura. Ubi
causa? Ne ira? Vigil adsit amentia. Prior
defecit amentia: cura tendit in aliam, de
qua cura: conchiliæque naufragans seli-
git, quasi portus invenisset; cum esset quasi
sub morte, pectus impurum oppletum ini-
quitate, ut defectum curiosè avideque co-
gnosceret, qui iam non esset. Hac repu-
blica commotio, atque domus conturba-
tio; quia iudex postulat, & inferior nihil
negat: igitur ultra concedet, modò fit ad-
versus iustum; quousque facietur iudicis
superioris desiderium.

15 Ubi floruit probi in regimine pa-
cis optate speciositas, grassatur discordia
turbulenter iniquitas. *Iustitia & pax oscu-
latae sunt.* Iustitia vindex iuris, pax ex-
pultrix turbationis. Illa flagellum fraudum:
hæc nexus fidelium cordium. Veritas planè
sepulta à discorde improbitate cal-
liditate nequitia: quare ubi veritas de
terra orta est, iustitia & pax amicè oscula-
tae sunt; igitur pace potiuntur & uberrimè
plectuntur fraudes. Si iustitia fit de iniquis,
erit abundantia pacis: conturbataque di-
citur Respublica ab his iudicibus, quippe
operabantur fraudibus: igitur nequit esse
pacis presentia, ubi iustitia non tantum
vulnerata sed occisa, & ob desiderium
iudicis, cui lucrum ex auge perturbatio-

Pax nulla,
si iustitia
vulnerata.
Pfilm. 84.
12.
Pax nulla,
si iustitia
vulnerata.
Pax nulla,
si iustitia
vulnerata.

nis, ne consilet nota cunctis indignitas,
quam abusu abundanter probat auctoritas.
Ut agat nihil, omnia verfat, & vel lapides
perturbat, infansius usque ad ignem & gladi-
um, propter turpe vindictæ desiderium.
Desipiunt omnes. Oh!
Verum illis mater, nobis fortuna noverca,
Attamen, prætur auguror, nulla esset iudic-
is male potentis potentia, ni inter fratres
regnaret turpis discordia.

16 Princeps postulat & iudex in red-
dendo est. Alpis à vipera mutuat venenum,
& scabit mulus mulum. Vernaculè: *Hæz-
me la barba, y barète el copete.* Mutuo stu-
dio, dum causæ ad libitum expediuntur,
sibi invicem suffragantur. Hieronym. hic:
*Non solum faciunt, sed defendunt quoque
mala; ut præsent sceleribus suis mutuum
favorem, & in alterius crimine se defendunt:*
equidem in innocentiæ cognof-
centur deposita, & nihilominus persever-
rat sententia, ne iudex princeps damnet,
quod inferiorem clanculum facere insit:
defendunt se ad invicem, operando vaferi-
mè contra legem; quippe pactio est sub
sigillo: unde securè sine rubore proced-
dant, quoniam superior iudex gaudet ex
eo quod non nota versutia: inferior, quia
minimè iudicanda: igitur nequitiam deaur-
rabit, qui construere insit, vel clamantes
non exaudiet; quinimò punit ut pertur-
batores pacis, quos cognoscit innocen-
tes, quali esset crimen additum crimini,
referre iniurias iudicis inferioris superiori.
At quid faciet? Cognoscit, se damnari, si
aliquid iudicis derogatur sententiæ: equi-
dem hic iuxta præscriptum reddidit, qual-
lem, & quomodò princeps postulavit. *Er-
ror, cui non resistitur approbatur: & ve-
ritas, que non defenditur, opprimitur.*

*Negligere quippè cum possis deturbare
perversos; nihil est aliud, quam fovete,
nec caret scrupulo societatis occulte, qui
manifesto facinori, cum potest, definit obvia-
re.* Ita Can. *Error* 3, distinct. 83, & *Can.
Facienti* 3, distinct. 86. Quo ergo iure pu-
nietur iniquitas, si in illius protectionem
flagrat iudicum societas? Impius prævalet
adversus iustum, propterea egreditur iudic-
ium perversum. Quorsum igitur ius, ubi
lacerata est lex?

17 Contemplare audaciam & simul
perfrictæ frontis publicam impudentiam.
*Princeps postulat, & iudex in reddendo
est. Malum manuum suarum dicunt bo-
num.* Hieronym. *Nominibus commutatis:*
ita ut iustorum innocentia dicatur nequitia,
& nequitia iudicum bractætur ut in-

Mantuan.
Relog. 6. v.
30.

Hieronym.

Ex cassa-
rum proces-
su, iudicum
cognoscitur
sæderatio.

Gratian.

Id. v. 3.

Sanc.
Improbis
malitiam ce-
lebrat ut in-
nocentium
& econtra.
nocentia. *Apposite Sanctius in Paraphr.
subdit: Cum omnia que meditantur aut
clamant & iussa, quasi à puris manibus
& religioso pectore profecta.* Nosceretur
inter utrumque iudicem pactio, ni cor-
ruperetur iudicium splendentis officio;
quum in animam iusti captant, & sangui-
nem innocentem avidissimè condemnant:
equidem cum intrinsecus non videatur
desiderium, nec micet malignitatis pro-
positum; ut fortiantur effectum, cogita-
tur & excogitatur ficti iuris artificio: et-
enim amonænt oculos facies personata ini-
quitate specie iuris, velamine religionis.
Adintra lezabelis, ut aliena surripiantur
facultates, & patretur homicidium; ieiunium
est prædicandum. Prævalet iudicium
præconcepta nequitia, si adhaeret arte san-
ctitatis larva: equidem que procedunt à
mera malignitate, oriri apparent è reli-
gioso pectore, in quo nec species religio-
nis sed hara miligitatis. Vide dicta, *Tom.
2. Tautol. 4. Didasc. 3.* Quærenda sanè spes-
cies, qua faceret improbitatis facies. At
qualis? Signat ingenium Neronis. *Quoties
ad consultantum secederet* (subdit in eo,
cap. 14. Sueton.) *neque in commune quic-
quam, neque propalam deliberabat; sed &
conscriptas ab unoquoque sententias ta-
citus ac secretò legens, quod ipsi libuis-
set, perinde ac si pluribus idem videretur,
pronuntiabat.* Videbatur palam cau-
tio, que summæ crudelitatis institutio: igitur
fulminabat, quod lubebat in pravi cor-
dis propositum, quasi minimè recederet à
sententia atque suffragijs prudentum. Con-
sulebat, haud ut iuris consulta faceret, sed
ut liberius decerneret; quod libuisset: equi-
dem fraude approbationis doctiorum, leges
micabant que allisiones iurium. Stat
pro lege lubido: equidem si malè è sententia
audiret, habebat vasre quid alijs im-
poneret.

Sueton.

Monstrum
in regimine
ius & ius
sed sine len-
gta.

Idem

Ubi societas
pravæ, etiam
perfidia.

Idem

Etiam, & inferior sibi contrahit detestabilem,
inledebilem infamiam. Semper superior vi-
ctor ex potestatis fortuna, cadat quomodo-
libet causa: etenim si præ causa criminosa,
audit bene, prætermittitur: sin autem, in-
feriorem ipsūmet criminis criminatur; quippe
sine iure fecit, quasi superior nesciret.
Si videbat furem, currebat cum eo;
& cum adulteris portionem suam pone-
bat. Quid quod claudat oculos, ne malum
videat; & obturet aures suas, ne turpitudines
audiat? Ipsa actio averfionis explicat, quam
pravum, quod ipse postulat: quandoquidem ut
hypocritam videntem illudat, & expertem criminum
simplicibus sese ostendat; manus Pilaticæ la-
vat, expellendo quod secretò fovet; & ad
illud prætur palam est in inferiore, pavet.
Fidit silentio inferioris vel ob spem
mercedis, vel ob metum potestatis. Fallitur
miserè. Ubi inferior frustratus voto,
germinat utique quicquid erat sub silentio;
quippe fructum nullum habuit, ex quibus
nunc erubescit, eformatque, estò notus
ambitiosus, veram sine iure excusationem:
ex eo quod non iuris, sed superioris ob-
servavit legem.

19 Quam proximus sit malacæ titilla-
tionis lubricitatis abusus prurientis, seu fu-
rentis in stolido potestatis, Ss. Patriarcha
N. monet, & etiam severè potentia prærup-
ta cavet. *Christi enim agere vices in Mo-
nasterio creditur, in quo clamamus, Abba,
Pater. Idoque* (infit *Regul. sanct.* cap. 2.)
*nihil extra præceptum Domini (quod ab-
sit) debet aut docere, aut constituere, vel
iubere.* Non debet iubere ad lubitum, sed
iuxta legis præceptum; quippe quam non
lex lubitum Abbatis, sed religionis, quin
abutatur dignitatis potestate, quasi esset
religio, vivere sine lege. *Que discipulis
docuerit esse contraria, in suis factis* (sub-
dit) *indicit non agenda:* equidem monstrum
in regimine, ius & ius sed sine lege; ita
ut sibi adhaeret ius potestatis, alijsque
potestas iuris: imò, quod peius, si vè-
nit phantasia præve voluptas, quasi per-
tiosa legis intemperanda maiestas. Eric sicut
præfati iudices domus Israël, si intervenit
ius & ius; si alia iuxta Domini præceptum
discipulos docet, & alia citra præceptum
secretò constituit: equidem cum contra-
ria observatione haud facillia; minimè ob-
servari poterit, quod clanculum contra
legem constituitur: igitur leges Domini
haudquaquam fraudes, sed leges; & quæ
in cubiculo audita, prædicanda super te-
cta, quin sit discrimen inter iura dignita-
tis,

S. Bened.

Idem

tis, atque dignitatem iuris: siquidem si a dignitate potestas, & inseritur iniquitas; quicquid constituerit potestate sine iure, erit sine potestate. Moab perijt, quia plus fecit, quam potuit. Plus quam potuit, & fecit? Utiq; erat opus longe a lege: & ubi licite non exerecerit praescriptionibus voluntas, nulla profecto vel in potente potestas. Potens poteris, dicitur Davidi: appositè, ut sese praelare gereret in regimine; quoniam duntaxat quae iuxta iura potuerit, dignitate posse poterit. Astruunt iura potestatis iurisconsulti, verum non legisperiti: quorum vocem, qui iubet contra legem, sepiusculè iactat; ut facere possit praetextu iuris sine iure quicquid libeat: vel ut iudicet, sententiamque ferat iuxta dignitatis verba, & nullo modo iuxta allegata & probata: igitur si pravitas indiget inconsideratione decisionis, iurisconsultus indiget maximè nummis. Accinit Mantuan. Eclog. 6. à v. 198. Stultorum est aliud genus immedicabile quoddam, Causidici, latratores, robulaque forenses, Numerum aucupium docti, legumque tyranni, Acre patrocinium vendunt, producere causas, Et lites pendere diu; vindexia quaedam est. 20 Ac perpendenda Benedicti verba, & simul Asertoris N. ac Pauli, Marc. 14. 36. & Rom. 8. 15. In quo clamamus Abba, Pater. Non dicimus, sed clamamus. Solamen sanè, nudum Patris haud respicere nomen, exprimentè charitate in Praeside Patris affectus; ubi subditos, attendit, quasi filios. Metricè Bugnotius hic: Numinis excessi se fecit adoptio prolem, Quatenus hunc possis iure vocare patrem. Clamore indicatur afflictio cordis, in quam levandum opus est opere patris. Unde sicut est solatium, sese pro gratia Praesidis cognoscere filium; gravaminis afflictionis amplius gravamen, in patre auctorato haud invenire vel nomen: quandoquidem ferreo corde, duplici pectore, nec vultu affabilis ulli, apparet Pluto fuligine teter, dum clamamus humiliter Abba, Pater. Nomon congruit Patris, si praes ac iudex iuxta pracepta purissima Salvatoris, equidem distat à munere patris praecipere contra legem; quoniam potestate muneris nullam habet potestatem: rationeque in imperijs profecto caret, quisquis agenda potestate ducit: simulque à rectitudine deviat Princeps qui postulat; dum enim defendit Praesidis

Jeremi. 48. 36.

1. Reg. 26. 25.

Verè potestatis potentia, quae iuxta iura.

Mantuan.

Iacob. Bugnot.

Præsta si pater.

potestatem, quin ullo modo videat potestatis rationem: imò iudicium undecumque temerarium, ac ludibrium lubidinis in ludibrium. Quorsum tendet clamor filiorum, ubi viget concordia iudicum, & non legum? Sanè in iudicium divinum, quia disrupta oculata societate inter illos, qui habitat in caelis irridebit eos: igitur meditati inania, pro sepelienda innocentia, adversus dominum asiterunt & convenerunt in unum. Hinc N. Patriarcha ibid. subdit, quaterque repetit: Utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei faciendà discussio. Ibi nulla iudicum male ferata societas, neque speciosa latebit iniquitas; dum hic praecordis perperam affectu desiderio in malum, non proposuerunt Deum ante conspectum suum: imò plus & in plus audet, quippequam pacto latebit. Discussio dicitur faciendà in iudicio Dei. Onus, & vulnus gravissimum subditorum, quando societate Praesidum, tantum recursus in iudicium divinum. Discussio faciendà in Dei iudicio & tremendo: equidem sine objectorum verissima purgatione, ac satisfactione fraudis; horrendum est incidere in manus Dei viventis. Discussio in divino iudicio: quippiam humano? Qui timet Deum, eius iudicium tremebundus timet: verum nil timet, qui cum superiore iudice pactam societatem habet.

21 Summum discrimen est inter iudicium divinum, & huiusmodi iudicium. Princeps postulat, & iudex in reddendo est (ait Michæas) Dies speculationis tuae, visitatio tua venit: nunc erit vastitas: etenim cum hoc iudicio iudicia iudicum indicentur, & merita iuxta facta rependantur; valuationis in visitatione constar meritum, quia iustitia convertitur in iudicium: etenim iudicum apparent in pactione infidiae, dolique ac fraudes, quaeque micabant larva iuris sanctae leges. Unde si specie religionis proprio incumbabant desiderio; detracto velamine, nec ulla prorsus religio: imò sicut speculato latentis iniquitatis, Religionis nec species. Ita in Dei visitationis iudicio, quia scrutatur in lucernis abdita cordis. In hominum visitatione, ad amussim legum librato munere, erit iudicum ac criminum devastatio? Nullo modo. Se mutuo iudices protegent, vicissim temerè facta defendunt. Pactio paurgicè facta, ut exeat in scenam larvata iustitia: transeat & transeat flagitium, quasi non notum, & effectum sortitur totum malignitatis latitantis desiderium; ita

Frustatur clamor subditorum ex concordia iudicum, & non legum.

S. Bened.

Unde maior afflicto.

Ubi supr. 4.

In iustitia apparuit fraus dei, quae vanabant auri leges.

In specie religionis nec religionis species.

ita ut videatur zelus intendere in legum observationem, sed reapse observantia religionis quoad speciem. Quomodo aut quo iure visitans plectet, quod ipse facere iussit? Sufficientè manus horrore criminum, ac evidentia tyrannidum, auri-culis studio apponere & nihil pro iniurijs facere? Si ille decrevit, propria decreta rescindet? Quam sedum iuri, quod se deat iudicando, damnandus eodem iudicio! Queritur vel Ethnicus, ad Liviam, v. 185. Iura silent, mutaeque iacent sine vindice leges. Qua enim lege leges habebunt vindicem, dum vident hostem? Quo iure sese absolvet, si complicem criminis plectit? Illi audent, quia iura silent: nec leges in vindice vindicem habent: quippe iudex superior in criminum visitatione, subterfugit latentè peior iudice. Aperiarur & ferit ad aspectum iudicium, ceterum transeat embolium. Hispanicè: Trampa adelante. 22 Audiamus Paulum. Beatus (inquit) qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui iuxta leges vel damnat, vel reum absolvit; super se nullum iudicium inducit. Si praecipit perperam facere, & nocentem per quem fecit, iudicio salvat; iudicat semetipsum in eo quod probat: etenim iure damnaret, ni praecipisset, & ius contra stat impunitis, crimine iudicis complicitis. Ubi huiusmodi speculationis praestigia, monerem vulneratos sibi sapere; ut possiderent in patientia animas, nec veteratorum irritaretur iniquitas: igitur (cum sit illorum intuitus vel in parulo crimine, conctis fraudulenter ostendere, non usos in circumventionem, cognitâ fraude: simulque adesse indignos publicè erga manus reprehensione, malum manuum suarum dicentes bonum, quia ab illis duntaxat factum, conservandumque cum fama laudabile nomen, esto per fraudem & fraudem) contra illos repetere, iudicibus illis; est fascino nimirum negacitatis, quae obscurat bona, & concupiscentia pervertens sensum absque ulla malitia: siquidem praetice inveniet (siquis hincit) nil aliud esse, nisi movere excitando de novo tricas & tricas, ut plus & plus obnubiletur veritas. Si primùm princeps postulavit, & iudex reddidit; modò postulabit iudex, & reddet princeps; quia in versutis & dolis, existimat haud iniquè, quòd sibi similis: quiniò si fuerint in nequitia auctoramen necessaria,

Ubi supra.

Ovid.

Veratur embolium.

Rom. 14. 22.

Fraus in fraude.

Tacet afflicto ut affligatur amplius.

plura & plura chirographa in charta pura. Vulgò: Firmas en blanco. Nunquam verum examinat iudex corruptus: quid faciet criminis confors? Nunquam technis quiescit, sed, ut ait Horatius, 2. Satyr. 3. v. 103.

Litem quòd lite resolvit. Versatur machina, & non immota tragularum artificia: quis quidem quisquis infortiarum inflaverit in examen, dabit novacula in cotem.

23 Quaecunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Pendamus quid dictum à Vate sacro in huiusmodi articulo; ex eo quòd iudex reddat, quam superior inde postulat. Qui optimus in eis est, quasi palurius; & qui rectus, quasi spina de sepe. Palurius, idest, rhannus; Hispanicè, Cambron. Vide Plin. lib. 13. cap. 19. & 24. cap. 14. Ruellium, lib. 1. cap. 123. & Levin. Lem. de Herb. & arbor. Bibl. cap. 6. Est ergo Palurius planta ita quaquaversum spinis horrida; ut anonomaliticè dicatur Spina. Dioscorid. lib. 1. cap. 103. & Theophrast. lib. 4. cap. 4. Unde Virgil. 5. Eclog. v. 38 tecini:

Pro molli viola, pro purpureo Narcisso Gardaus, & spinis surgit Palurius acutus. Modò in textum. Si palurius qui optimus; & quasi spina qui rectus; neque rectus neque bonus, quippe factis factis, & etudinis & bonitatis tantum species. Quo ergo spinarum harum similitudo, quando inter iudices intervenit pactio? Ut constet, ait hic Hieronym. quòd ibi inventatur dolor, ubi putabatur auxilium. Palurius tractantem incautiùs fauciat, mucronataque cuspidè manum vulnerat: paluroque aculeata conferuntur iudices inioriosi, dum vindictam iniuriarum petunt subditi; ut & vulnera taceant, quantumvis dolore pruriant: siquidem si à vindice postulaverint auxilium, manus offendunt in rhannum. Vigilantissimè vulgari idiomate: No pida satisfacion de la injuria: que si la pide, se clava. Fatutas sanè clamare vindicem, iniuriarum complicem: igitur cum argui nolit, quicquid per inferiorem iudicem facere vate praecipit; apparebit legum aequitas, quae clarior sole manifestatur iniquitas.

24 In subditis Superiorum offensae sunt quasi spinae, quae casu insignuntur carni. Minorem dolorem influunt, dum evelluntur, quam dum habentur: etenim habitae congregant materiam proximam

Horatius

Ubi supra 7. 4.

Virgile

Hieroni

Amplius opus probium ex querimoniâ iniuriarum.

